

erogavit. Fundavit etiam hos-
pitale ad susceptionem pere-
grinorum pauperumque extra
muros oppidi Marburg in vallis
planicie; nam ipsum oppidum
in monte situm est. Huius hospi-
talis procurator magister Cun-
radus erat in eo manens atque
ex eo ad predicandum exiens usque
ad tempus occisionis sue. In hoc
hospitalem beata Elizabeth ream.
dum interpretationem sui no-
minis Christum in suis mem-
bris saturavit et Martham
verbo divine predicationis sa-
turavit et Maria. Elizabeth
ut superius dictum est dei
mei saturitas interpretatur.

Que beata etiam diete pecunie
ut eis videbatur indiscretam
erogacionem et vilitatem habi-
tus susceptionem a magnati-
bus et hominibus terre. Flaphe-
mias, contumelias et magnum
contemptum sustinebat ita
quod sui eam non videro non
alloqui curabant plures
insanam ^{eam} reputantes. Cum
que huiusmodi conviciis a pro-
posito suo revocari non posset
immo de illatis contumeliis am-
plius gauderes voces illarum qua-
si syrenarum cantus abhorrebat.
Improperabat ei quod nimis cito
oblita esset mortis viri sui et quod
gauderet unde dolendum esset.
Illa huiusmodi verba fura auro
percipiens verba magistri

+ occisionis

+ qd

v. non gaudet gaudere, et gaudere.